Les sources manuscrites de la théorie de la musique (S. IX-XVI)

Berlin, Staatsbibliothek (*D-B*)
Ms. lat. oct. 267, 61r-62r

Transcription : Christian Meyer
(janvier 2016)

61r Disce manum tantum si bene vis discere cantum.
Hec manus hec facta pueris per paucula metra.
Hinc extende manum quod possis cernere verum.
·Γ.ut, ·A·re, ·♮·mi semper pollex retinebit.
Index radice ·C·faut mediusque ·D·solre,
Si ·E·lami medicus, sic ·F·faut auricularis.
In cuius medio ·G·solreut esse memento.
Inde suo more collum tegit hinc ·a·lamire
Et caput ornari solet eius per ·b·fa·♮·mi.
Pro pileo medici ·c·solfaut accipis apte
Et ·d·lasolre medius tibi vertice portat,
Index hinc iterat ·ee·lamique vertice portat.
·ff·faut huic digito reddit, ·gg·solreut ipso.
Hinc ·aa·lamire gerit medius, medicus ·bb·fa.♮.mi.
Et ·c·solfa tenet, medius ·dd·lasol, complet ·e·.la.

Hec Pitagoras
Tu qui solvabis tres cantus esse notabis
hos partire potest septem quoque clavibus aptes
Ecce ♮ duralis naturalisque b mollis
In ·C· natura, ·F· bmol ·G·que ·♮· dura

---

10 Pro pileo] Pro paleo *cod.*

In ·a· natura, ·d· b mol ·e·que ♮ dura.
In ·D·solre tonus manet primus atque 2^{us},
Fert ·E·lami tercium cui quartum sociabo.
·F·faut hinc quintum sociatque tonum sibi sextum.
Septimus octavus ·G·solreut est sociatus.

Unica si fuerit vox invariata manebit.
61v Si duplex detur decet hoc ut bis varietur.
Sub b.fa.♮.mi binas voces volo demi,
Quas non mutabis, quia duris est ibi clavis.
♮ durum *mi* canit b molle *fa* modolescit.
Sed dum fit terna fietque mutacio.
Nunquam mutabis nisi mutare necesse.
Ut re mi scandunt *fa sol la* quoque descendunt.

Octo sunt toni quorum quatuor sunt autenti.
Ceteri plagales sic nobis scribunt autores.
Autentus impar est sed plagalis cantus par.
Impar vult supra tonus par tendit ad infra.
Omnis autentus octavam ascendere potest
a finali clavi, sed una descendere solam.
Plagalis quintam a fine descendere potest.
Alius est tonus utroque genere mixtus,
qui semper ascensum similiter atque descensum
toni autenti atque plagalis includit.
Cur tonus mixtus est ab autoribus dictus.
Sunt in ·D· vel in ·a· primus tonus atque secundus.
Tercius et quartus in ·b· vel in ·E· locantur.
Et quandoque per ·a· quartum finire debes.
Quintus in ·E· vel in ·b·, in ·F· ut sextus ab hoc removetur.
Septimus, octavus in ·G·solreut requiescunt.

---

48 ·G-solreut] ·G· sola *cod.*

Pri- *re fa*, se- *re fa*, ter- *mi fa* quater quoque *mi la*
Quin- *fa fa*, sext- *fa la*, sep- *ut sol*, oc- tenet *ut fa.*

62r *Fa sol la* primus tonus usurpat quoque sextus.
Alter et octavus *ut re ut fa* sic quoque ternus.
Ut re fa retinet per ·G·solreut hoc modo cani debet.
Quintus abest sursum quam rapit impetus illum.
Quartus *mi sol sol la sol fa sol* sep- non consociato.

Psallent introiti *fa sol la* dicimus primi,
Terni secundi *ut re fa mi* sed quarti *la sol sol la*.
Fa re la quinti *fa sol sol fa* cane sexti.
Fa mi fa sol septimi *ut re ut* pange octavi.

Firmius si velis scire finales require :
Primus cum quarto sextus simul incipit ex ·a·
Tercius et octavus quintus simul incipit ex ·c·
·F·que secundus amat, septimus ·d· alcior illis.

---

52 et mi *dub.*
57 terni] teni *cod.*